

3

Z spuścizny po ks. Pawlickim.
Oprawiono w r. 1941.

Ad solem.

Carmen saeculare

ad quingentesimum annum

Academiae Cracoviensis

celebrandum

cantavit

Josephus Wabner

Varsaviae

a. MCM.

Ad solem.

Dicite, o! carmen, pueri et puellae,
Dicier lapsis quod adhuc nequivit
Saeculis, novum modulante laeti
Dicite mecum.

Profer hoc die celebri alme voltum
Sol in aetheris fluitantis undas
Nubibus nullis humeros amictus,
Splendidus omnis.

Siderum aeternus pater atque rector
Augeat tuos radios et orbem,
Ut Cracoviae feras (hoc debes tu)
Lucidiorem.

O, Dei Mater, Tibi servit agmen
Omne stellarum: sine, sol coronet
Is caput suum, sineque, ut triumphans
Luceat urbi.

Scis sed, hunc, o sol, tibi cur triumphum
Nunc precer? – Nam te mage nunc ovante
Laus Cracoviae celebratur urbis
Patriaque ipsa.

Quis fuisti tu, quoad urbs Cracorum
Litterarum almam duce Casimiro
Augurante nunc celebrem inchoavit,
Quam vides, arcem?

Esses, ut prius, vagus inter astra
Servus et terrae famulusque praepes:
Sorte quis versa dignitatis auctor,
Qua frueris nunc?

Ars Copernici revolutione
Orbium facta liberavit longa
Servitute te, prius et tibi qui
Imperitarat,

Parvulum terrae globulum meatu
Circa te iussit famulo volare:
Non sua gravi liberandus unquam
Sorte rotatur.

Causa jam tibi, magis ut nitescas
Hoc die, quare cupiam, notata:
Tu Cracovia celebrante festum
Ore clientis

Gentibus praeco revoca per orbem
Denuo in mentem radiis coruscans,
Ut tibi sacram dederit quietem
Utque Polonus

Siderum metas celeresque cursus
Doctus explorare, acadêmicus vir,
Restituto; quod tibi erat negatum,
Jure, probarit

Gentis esse se, gladio secare
Quae valeret vim ceteros prementem
Arteque ingeni, si opus, ordinare
Lumina coeli.

Ad solem.

Carmen saeculare
ad quingentesimum annum Academiae Cracoviensis celebrandum
cantavit Josephus Wabner.

Dicite, o carmen pueri et puellae,
Dicier lapsis quod adhuc nequivit
Saeculis, me nunc modulante, laeta
Dicite voce.

Sol in aetheris fluitantis undas
Hoc die profer celebri alme voltum
Nubibus nullis humeros amictus,
Splendidus omnis.

Siderum aeternus pater atque rector
Augeat multum radios et orbem,
Ut Cracoviae feras (hoc manet) te
Lucidiorem.

O, Dei Mater, Tibi servit agmen
Omne stellarum: sine, sol coronet
Îs caput fulgens, sineque, ut triumphans
Luceat urbi.

Scis sed, hunc, o sol, tibi cur triumphum
Nunc precer? – Nam te mage nunc ovante
Laus Cracoviae celebratur urbis
Patriaque ipsa.

Quis fuisti tu, quoad urbs Cracorum
Augurante almam duce Casimiro
Litterarum nunc celebrem inchoavit,
Quam vides, arcem?

Esses idem nunc vagus inter astra
Servus et terrae famulusque praepes: –
Sorte quis versa dignitatis auctor,
Qua fueris nunc?

Viris Copernici revolutione
Orbium facta cito liberatis
Servitii iugo, prius et tibi qui
imperitarat,

Parvulum terrae globulum rotare
Circulo coegit [illegible] medio.
Atque non tristi [illegible] unquam
[illegible] rotatur.

Causa jam, quare [illegible] [illegible]
[illegible] valde cupiam, [illegible]:
In [illegible] celebrante festum
Ore canentis

Gentibus [illegible] revoca per orbem
Denuo in mentem radiis coruscans,
Ut tibi sacram dederit quietem
Utque Polonus

Siderum metas celeresque cursus
[illegible] cademicus vir,
restituto, quod tibi erat negatum,
Iure, probarit

Esse se gentis gladio secare
[illegible]
Ingeniique armis, si opus, ordinare
Lumina coeli.

a. 1900.

Do słońca.

Wiersz jubileuszowy na uczczenie 500 letniej

rocznicy

Akademii Krakowskiej.

(Z łacińskiego przełożył autor)

Warszawa

r. 1900.

Do słońca.

Chłopcy, dziewczęta, nućcie śpiew ochoczy,
Jakiego przeszłe nie słyszały wieki —
Śpiew nowy za mną - niech się dziś potoczy
Niech płynie w przestwór daleki.

Słońce, ty dzisiaj wznieś oblicze swoje
W płynących górą niebieskich fal sferze
Tak, żeby żadne dziś mglistych chmur zwoje
Nie ćmiły blasku w eterze.

Świateł niebieskich ojciec - twórca wieczny
Niech wzmocni twego promienie dziś kręgu,
Byś nad Krakowem, to dług twój konieczny,
Bogatszą błysnęło wstęgą.

O, Matko Boża, dla Ciebie to płonie
Cały gwiazd szereg; - pozwól niech się niemi
Dziś wieńczy słońce; w tryumfu koronie
Niech naszej zaświeci ziemi.

Lecz wiesz ty, słońce, na co ten uroczy
Tryumf twój dzisiaj? - Bo, gdy z większą chwałą
Ty wzejdziesz, większy blask Kraków otoczy
I naszą ojczyznę całą.

Czemżeś ty było, póki gród Krakowa
Pod wieszczbą króla Kaźmierza w czas dawny
Nie ujrzał twierdzy nauk tej, jakowa
Dziś, oto, wiek święci sławny.

Byłobuś, jak wprzód, dziś między gwiazdami
Służalcem ziemi biegającym żwawo.
Któż los twój zmienił? dał godność nad nami,
Do jakiej dzisiaj masz prawo?

Kopernik wiedzą swą nakazał zmiany
Wśród ciał niebieskich i z niewoli długiej
Ciebie wyzwolił, a kazał te tany
Męczące wiecznego sługi

Около ciebie pełnić ziemi owej,
Która aż dotąd tobie była panią,
I pełnić wiecznie ten wyrok surowy,
Co przezeń wydany na nią.

Teraz wiesz, zkąd się to pragnienie rodzi,
Żebyś dziś szatę przywdziało od święta:
Kraków swe święto wielkie dziś obchodzi,
Więc w roli stań dziś klienta,

Jak herold ludom przypomnij na nowo
Z pomocą świetlnych promienistych znaków,
Jak ci zapewnił wielką godność ową
Jeden z pomiędzy Polaków,

Co w tej wszechnicy poznawszy cną sztukę,
Jak mierzyć mety biegów gwiazd na niebie,
Usunął krzywdę twoją przez naukę
I dowiódł tego przez siebie,

Że był z narodu ze szlachetną duszą,
Który krzywdzące od innych najazdy
Mieczem odwracał, a siłą geniuszu
Wprowadzał ład między gwiazdy.

Oda
ad Franciscum Josephum,
imperatorem, civibus suis amatissimum,
metro asclepiadeo „medio"
a J. Valnero, polono,
cantata.

Musa, quid me agitas? — Anacreon, procax,
Debili ingenium acrius,
Cui partes tribuas, viribus o! quae egent
Non tam, quam tenues meae.

Poscis? quid faciam? — Non valet indoles
Vilis attenuare res
Magnas, obtegere ut, si nitidum manu
Solem qui studeat, nequit.

Quid nos [illegible], dicere quod iubes
Me, Euterpe, tibi proprium? –
Vox si deficiat, tu nisi succinis,
Non me – te rubor opprimet.

Multos multa iuvant: ingenio parat
Sibi quisque dato bona;
Quod quo nobilius consilium regit,
Laetiora parat bona.

Est, qui gaudeat et multum opibus valens
Et crescente pecunia;
Quam cum surripiunt invida tempora,
Vanas delicias facit.

Croesus, quas avida divitias manu
Conflarat, vice divutas
Deflet, cum miser heu! sorte probat sacra
Verus quam fuerit Solo.

Alter quaerere se summa ratus, magnas
Extendens sine termino
Fines imperii, mole gravem sua
Ipse rem ruit inscius.

Primus ante alios ille Polycrates,
Qui sontes simul et bonos
Infestans, fieret dummodo praepotens,
Non nimius cupido caput

Abscisum simul et parta sibi dedit.
Quam multi! variis modis
Quos iam destituit blanda protervitas
Nudae consilio spei!

Temporum invidiae non tamen omnibus
Imminere valent malae,
Si qui tela parat firma, quibus vices
Sortis non metuens graves

Ipse eas superet. Vincit amor deos;
Quis non cedat amori homo?
Quos amor galeat, non premit ipsa iam
Fortunae violentia:

Fortunatus et est terque quaterque, qui
Mentes conciliat pias,
Devictis animis, aequus et infimis
Summisque ipse etiam pius.

Ante hac tempora quis firmior intrarit
Nubila aut radiantia
Sole, iam orbibus et regna per aspera
Quinquaginta labentibus?

Francisci vehitur laus nitidis equis
Acclamanda: triumphe io! –
O, cur debilior re mihi rauca vox!
Musa, succine: io! io!

Oda

do cesarza Franciszka Józefa, wielce przez poddanych kochanego

(tłumaczona z łacińskiego przez autora).

Znów mnie pobudzasz, Muzo? - Coś większego
Nad siły, talent mój zrobić; zawodna!
Czy mam zadanie włożyć, dla którego
Starczy li siła moja nieudolna?

Każesz? Cóż robić? - Tego, co jest wielkie
Przyćmić nie zdoła talent, choćiaż skromny,
Tak, jakby próżne były próby wszelkie,
By dłonią zakryć blask słońca ogromny.

Cóż bo świetniejsze nad to, co mam głosić?-
Toby, Euterpo, tobie było ładnie!-
Lecz, gdy mnie głosu zbraknie, ciebie prosić
Będę: pomagaj; na ciebie wstyd spadnie:

Różnych rozkoszy śmiertelni szukają:
Każdy rozumem swoim za szczęściem goni;
A ten pewniejszy skutek osiągają,
Im więcej mają w rozstropności broni.

Jednego cieszy posiadłość bogata,
Lub, gdy od grosza prędko puchną trzosy;
Chociaż ta radość, jak mara, ulata,
Kiedy się na nię uwezmą złe losy.

Opłakał Krezus swoje skarby sławne,
Chciwą ręką zebrał, i, o losie,
Dopiero wtedy pojął słowa sławne
Solona, kiedy stanął już na stosie.

Drugiemu zdawna wielkiem się wydaje,
Gdy strasznie władzy granice roztoczy,
I sam, nie wiedząc, przyczyną się staje
Upadku, tego, co przez się już kroczy.

Pierwszy w tym względzie Polykrates znany,
Który przyjaciół trapił, jak i wrogów,
By potężniejszym być nad wszystkie pany;
Aż mu żądniejszy w końcu przytarł rogów

I z tem, co stworzył, zabrał życie razem.
O! jakże wielu takich, co już w różny
Stali się sposób nieszczęścia obrazem,
Gdy ich oślepił szał nadziei próżnej;

Jednak nie wszystkim los zasadzki zdoła
Takowe stawiać; jeśli taką wstawia,
Pierś tego zbroją uzbroiła czoła,
Na której losu ciężkiego grom gaśnie.

Miłość to jedna wszystko pokonywa:
Boski, czy ludzie, chylą przed nią głowy.
Kto się miłości puklerzem zakrywa,
Ten każdy losu odeprze gwałt nowy.

Stokroć szczęśliwy, kto miłość obudzi:
Dla siebie w sercach i dusze zjednywa.
Równy dla wszystkich, czy to biednych ludzi,
Czyli też możnych — w kim zbożnie przebywa.

Któż taką sztuką znakomiciej włada
Wśród zmiennych czasów smutku lub radości,
Choć lat pięćdziesiąt na niego już spada
Ciężar olbrzymi monarszej godności?

Franciszek właśnie na takim rydwanie
Dzisiaj ciągnionym przez rumaki białe
Olśniony sławą za tę cnotę stanie:
Vivat! — krzycz, Muzo, — nie siły za mdłe.

Oda gradiva

sive numeris gradivis ad
Mathiam Casimirum Sarbievium,
Polonorum vatem lyricum invictum,
a J. Vabnero cantata.

O, me cur non cantus
Dircaei cycni – non ornant alae!
Quis tractus in summos
Sublatus nubesque per orbem

Ingenium canora
Voce tuum et virtutes raras
Cantem non merita infra,
Sarbievi Casimire Mathia?

At, Qui res hominesque
In lucem prodisque regisque
Quique colores flori
Pulchros das, avibus das cantum,

Tu da dicere civem,
Qui patriae monumentum struxit
Aere perennius et qui
Usque suo caruit monumento.

Eia, pone timores
Et citharam, Polyhymnia, sume;
Nunc, Euterpe, tende
Barbiton et numeris coniunctis

Personet aetera carmen
Me parvo comitante susurro:
Ardua non via ternis
Atque viri ipsa iuvabit virtus.

Multos aeva tulere,
Nullus at est excelsior illo:
Parnassum tetigere
Multi; — sidera iam attigit ille.

Sunt, quibus Hippocrene
Vim dedit atque poesim:
Coelum ipsum petit ille,
Hauriat ut purissimum rorem.

Hoc distant alii illo,
Quantum coelo distat olympus,
Quanto clarior est sol
Cunctis sideribus nocturnis.

Qualia fulgura montes
Concutiunt repetuntque fragores,
Cycno sic pulsantur
Aurae Pindareo perculsae;

Non ita parvula mentes
Turbat alauda canora Mathiae,
Recta sed regione
Subvolitans solio coelorum;

Nubibus involvit se;
Inde animos oculosque tuentum
Mulcenti iicit ore,
Ne regni se timeant, invisa

Iam ipsa ubi numen adorat.
Mox, aulae sacratae sublimis
Aspectu coelique Potentis,
In sedes rediens mortales

Iteribusque vacillans,
Versis iam numeris canoris
Virtutes regesque
Et cives celebrat victores.

Nec satis est cecinisse
Hos; iterumque modis iterumque
Intentis sonitum iam
Multo acriorem mittit in auras,

Nam galea plumatae
Subrecta lituo canit ales
Jam cassita pieque
Pro patria movet et pro sacris

Arma virosque et bella.
Et, si res plus tum valuissent
Sanctae, quam privatus
Ille amor atque caduca cupido,

Sarbievii iam cantu
Proh! foret exactus fractusque
Ille Musurmannus, qui
Saevit barbarus in crucem nunc.x)

Principibus sed surdis
Ignavisque canebat castris:
Mansit dedecus aevo,
Nec splendet, qua posit, laude.

x) Cui ignotae multae caedes christianorum a. 1896 in Armenia, deinde in Creta a Musurmannis factae? n. a.

Fulgura cur o! non timu
Pro sonitu illius qui nitebat!
Non Othomanno solum
Non, sed amicis falsis Christi

Collabefactis cunctis,
Tempora nobis lucidiora
Posterioribus essent:
Plectimur heu! neglecto vate,

Non solum patriae qui,
Sed reliquis etiam sternebat
Cantu gloriae et laudis
Orbium iter atque salutem –

Plectimur et fiunt iam,
Quae fieri posse ipse negasset,
Quamquam mente futura
Divinante pericla videbat –

Plectimur accumulata
Culpa culpae, quis neque pubes
Immaculata semper
Excolitur Mathiana Musa,

Quam patimur peregrinis
Posthabuisse scholas populares
Contemptamque abiisse,
Ut caneret gratis magis Anglis.

Tantane semper, cives,
Nostra iniuria perstat? Quidni
Iam monumento Adami
Sarbievii statuam apponamus?

1896.

Schema odae gradivae

Versus I et III: –́◡◡ –́◡◡ –́◡ ||

Versus II et IV: –́◡ –́◡◡ –́◡◡ –́◡

